

XLIII.

197

S vt querendi studio: amoris incipiamus affectu languere. Sufficiat interpretatio ne mystica hec perstrinxisse breuiter. Itaque ad id redeamus cuius ex occasione hunc sumus locum delapsi: dum ablati pallii utilitatem exposuimus. Nam inde est scripta occasio quod ait. Tulerunt pallium meum. Vereamus adhuc paulatim hoc in loco explicemus hunc pallium. Non est enim simplex pallium: quo etiam sancte mentes inuoluuntur. Est enim diplois. id est duplex pallium. fortasse triplex. et quadruplex. quot vobis palliorum genera proposuimus. An non adhuc graue et onerosum fatis est pallium. animarum cura: et administrande necessitatis sollicitudo. Propria in commoda expressus loquar. Noni quid sit hoc pallio premi. Quis arentem fortius terram et siculneam sterilem. Jam multi elapsi sunt anni quod viuo in monasterio querens fructum in eo. et non inuenio. Quotiens spes nostras elusit. sefellit operas. et peccatiorem nostram frustrauit. Iure onerosum hoc pallium dico. et eo magis onerosum quam minus vile. Nam onera sollicitudinis leuioza sunt que prouentuum leuatur ubertas. Ne mihi quod inuenerunt me custodes ciuitates: et aliquid in me dei dignum honore se inuenisse putauerunt. percusserunt me. vulnerauerunt me. tulerunt pallium meum. et plagis impositis abierunt seminum relicto. Tulerunt pallium meum. pallium simplicitatis. pallium lucis. amicum leticie. ardentis vestimentum affectus. Quotiens solebam huiusmodi palliis totus inuolui: foueri in croceis. Hunc autem tota die mente amplector: et verso que paulus arbitratur et sunt communia. Hec dulcia: hec glorioza mihi pallia tulerunt: onerosa induerunt. Quando hec tollentur a me: Quando proiciam hec: si tamen precor licet. Felix dies hoc exutus et expeditus pallio. liberioze vos ad congratulandum mihi inuitabo affectu filie hierusalem vos (que nihil estis et parte huius qualem nunc deploro) pro renouato in vobis amoris languore gratias refertis. Miser quidem est qui huiusmodi pallio spoliatus: merore et molestia rapescit. non languet amore. Que sponsa est. sic spoliata vel officio sollicitudinis vel usu. non fastidio

languet. sed amoris studio. Ideo ipsa alias ad congaudendum sibi et gratias agendum dilecto exorat. Ecclesia primitiua cum quereret christum in iudea repulsa est. Pulsa non inuenit ei loco in eis non inuenit ibi Iesu: transiit ad gentes. quesitum in eis vocauit: et in multis non inuenit: non accepit responsum. Denique a principibus huius mundi quasi custodibus ciuitatis: quomodo vulnerati: spoliati bonis: siliariati corporis: carnis sine exuti pallio cum vicibus martyres nostri: inter tanta et tot flumina et gurgites tormentorum non est in eis extincta charitas. sed magis augmentato quo languiebant amore. Iocundum plane mihi videtur et presentis occasione verbi: martyrum (inter tot variationum et mortis genera) charitatem indefessam recolare: quomodo passiones corporis: passione inriti seca temperabant amoris. Nam si ad illos hunc locum referas: non est querere: sed glorie vos ista qua dicunt. Percusserunt me: vulnerauerunt me. tulerunt pallium meum custodes murozum. Et modo nos oportet non egre ferre: si quando nos spoliare vel moleste sollicitudinis non bone aut periculose coactis quo stricte inuoluimur pallio custodes murozum. Jecit Delias pallium dum raperetur. fugit Ioseph dum teneretur. sponsa tulit. Dum tolleretur speculi et imaginis velamen proiecit Delias raptus ad faciem. Pundi ornamenta velut magna onera fugit Ioseph sentiens formitem. Sollicitudine exuta: dilecti liberius caprat sponsa fauorem. Imaginatio quasi velamine tenetur intellectus: ne sinceram contempletur veritatem. Honorum et dignitatum affectus obuoluit pallio: ne libere pergat in ea que dei sunt. Sollicitudo omnem in anima leticiam obnubilat. imaginatio obscurat. honor tentat. atterit sollicitudo. In primo tenebre. in secundo illecebre. in tertio labor. In primo caligo. in secundo cupiditas. in tertio cura. Tulerunt pallium meum: custodes murozum. Boni custodes bene norunt cui curarum impedimenta tollant. quam exonerent animam: et ad delicias ducant dilecti sui. reddant expeditam ad delectandum et ad querendum. Nam frequenter elabatur: nec quisquere potest nisi expedito.

L 3